



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 27. Julius Gallos Genua pellere conatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)



gnum educeret, Brixiam (\*) obsessurus, Sæcul. XVI  
A. C. 1512  
quam urbem Albinus Cardonnæ reddidit, licet Veneti illam ex foederis legibus repetere potuissent. Itidem Galli Piscariam Cæsari restituebant, spretis Venetorum pollicitationibus, qui, ut præsidarii ipsis faverent, duorum annorum stipendium eisdem offerebant.

§. XXVII.

*Julius Gallos Genuâ pellere conatur.*

Ad votorum summam Julio nil ultra deesse videbatur, quam ut Germani, Hist. Fœd.  
Camer. t. 2. atque Hispani ex Italia pellerentur; p. 201. l. 3. verum tantæ expeditionis executio haud Marian. lib.  
30. n. 60. exigui laboris res erat. Inopina quidem Apud Victo-  
rel in addit. felicitas Pontificis animum crebra ad Ciacon.  
Guicci. l. 10. historiæ imagine, nec non firma August.  
Justin. l. 6. urbium avitis suis Principibus denuo uniendi Folietal. l. 12. spe, consiliisque replebat, unde non raro ex ore ejus hoc verbum exiit, brevi omnes infideles, qui in Italia sedem fixissent, pari cum Gallis fato expellendos fore: Prius tamen Gallos penitus inde deturbare peroptabat, cum vero adhuc

(\*) Quanto itineris intervallo Brixia a Neapolis regno disjungatur, nemo est, qui ignorat, hinc vel calami, vel typi errorem irrisisse constat.



Sæcul.XVI. A.C.1512. dum Genuam, patrium ipsius solum, tenuissent, nil ardentius in votis habebat, quam ut hanc quoque urbem libertati suæ restitueret. Valuit quoque successus; quippe Pontifex illos, quos Ludovicus XII. a veniæ gratia excluderat, ad suas partes trahebat, eis pecunias suppeditabat, atque, ut in Romandiola convenirent, concedebat, illisque Ducem constituebat Janum Fregosium, omni tempore capitalem Gallorum hostem. Hi Papæ jussu clam Genuensis status finibus accedunt, & per quasdam legiones, quas Cardinalis Sedunensis a suo exercitu sejunxerat, suas vires augent, & ope clandestini consilii, quod cum civibus fovebant, Genuam tam rapido armorum successu occupant, ut Galli ægre admodum in arcem, ac Lanternæ propugnaculum confugere possent: sed ne ipsa arcis firmitas fugitivis salutis fuit; exiguo enim post tempore in deditioem accepta est, classe, quæ ex Provinciæ ora accurrerat, laborantibus Gallis opem ferre nequicquam conata: Diutius vero hostium impetus sustinuit Lanternæ propugnaculum, cum illud comneatum copia abundaret, necnon provide illius præsidium mutatum fuisset.